





1. Disputatio de Providentia
2. Disput. de vera dei Invocatione.
3. Themat. (1) de verbo dei (2) de deo ipso.
4. De peccato.
5. De justificatione et bonis operibus.
6. De communicatione idiomatum.
7. De claribus regi coelorum.
8. De precibus capituli doctrinae evangelicae.
9. Apologia verae doctrinae de definitione evangelii.
10. De persona Christi, de unione personali in Christo, de unione  
sua communitate: veram praesentiam corporis et  
sanguinis Christi in cena.
11. De peccato originis.
12. De Crucifixo.
13. De summa doctrinae Ecclesasticae.
14. De duabus naturis in Christo.
15. De cena Domini.
16. De visitatione ecclesastica.

Conciones.

1. Luc. 12. Unde dicitur non dicitur dicitur dicitur etc.
2. Luc. 27. Unde dicitur dicitur dicitur dicitur etc.
3. Matt. 24. Unde dicitur dicitur dicitur dicitur etc.
4. Matt. 11. Unde dicitur dicitur dicitur dicitur etc.
5. Cor. 11. Unde dicitur dicitur dicitur dicitur etc.
6. Ps. 133. Unde dicitur dicitur dicitur dicitur etc.





10

THESES  
DE COENA  
DOMINI:

QV A S,  
DEO OPTIMO MAXIMO  
DVCENTE, AC BENE IV-  
vante,

P R A E S I D E

D. AMBROSIO REVDENIO,

*Publica disputatione pro summo in theo-  
logia gradu consequendo  
defendet*

Reverendus, & clarissimus vir Dn.

M. IOSVA LONERVS

OLSNICENSIS ECCLESIAE

Altenburgensis Pastor, ac  
Superintendens &c.

*Hora, & loco consuetis ad vicesimum  
septimum Aprilis, Anno Θεαυθω-  
πογοβίας c1o 1o xcIII.*



I E N A E  
Typis Tobiaë Steinmanni.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to fading and the texture of the paper.





DE COENA DOMINI.

THESIS I.



ÆPIVS REPETI,

hoc nostro tempore Doctrinam de Cœna Domini, necesse est, idq; gravibus de causis.

Exordium, recitans causas, quã obrem doctrina de Cœna hoc tempore saepe repetenda sit.

2.

Mandat enim Saluator noster in institutione huius sacratissimæ cœnæ: ut, quotiescunq; ea utamur, id faciamus in suam commemorationem. Et addit sanctus Paulus, nos debere mortem Domini annunciare, donec veniat. Igitur necesse est, nos de substantia, & salutari usu huius Cœnæ rectè instructos esse.

1. Propter mandatum Christi, Luca 22. 19. 1. Cor. 11. 24. & 25. Pauli 1. Cor. 11. 26.

3.

Deinde, seria admonitione opus est: ne quis manducet hunc panem, & bibat calicem Domini indignè, atq; ita reus fiat corporis & sanguinis Domini: sed unusquisq; seipsum probet.

2. Propter admonitionem 1. Cor. 11. 27. & 28.

A 2

Videmus



3. Propter tyran-  
nidem, & insidi-  
as Satanae, eiusq;  
Apostolorum: qui  
sunt cum primis  
Sacramentarij  
&c.

4.  
Videmus & experimur quotidie, Satanam  
per falsos suos Apostolos Sacramentarios, &  
Calvinistas huic articulo sese virulenter & a-  
stute opponere, omnesq; vires intendere, quo  
pretiosissimum hunc thesaurum nobis eripiat.

Propositio, & di-  
stributio quadri-  
partita.

5.  
Audiemus itaq; divina adspirante gratia,  
Quae sit huius articuli definitio, Quod funda-  
mentum firmissimum, quis Ecclesia vera con-  
sentus & confessio, qui errores aduersariorum  
& quomodo illi refutandi & fugiendi sint.

Definitio causalis

6.  
Est autem Coena Domini (ut de alijs vo-  
cabulis, quibus sacra synaxis appellatur, in  
praesentia nihil dicamus) Sacramentum, siue  
diuinum signaculum, quo Christus vere &  
substantialiter praesens offert & exhibet nobis  
pane & vino verum suum corpus, & san-  
guinem suum: Et certificat nos, quod remit-  
tantur nobis per & propter ipsum peccata:  
nosq; faciat membra sui corporis, ac participes  
omnium suorum beneficiorum, & pertineat  
ad nos ius aeternae vitae.

Vel



7.

Vel, ut vir Dei, & repurgator cœlestis do-  
ctrina D. Martinus Lutherus in suo Cate-  
chismo hanc venerandam Cœnam definit: Sa-  
cramentum altaris est verum Corpus & ve-  
rus Sanguis Domini nostri IESU CHRI-  
STI, sub pane & vino, nobis Christianis ad  
manducandum ac bibendum, ab ipso Christo  
institutū.

Definitio thean-  
dri Lutheri, ter-  
tii Elia & Ger-  
maniae Propheta.

8.

Hæ descriptiones nituntur verbis institu-  
tionis: quæ sunt solidum huius doctrina funda-  
mentum. Nam Matthæus cap. 26. his ver-  
bis utitur. Vescentibus eis, accepit IESUS pa-  
nem: & cum egisset gratias, fregit deditq; disci-  
pulis, & ait, Accipite, comedite, HOC EST  
CORPUS MEVM. Et, accepto poculo, gra-  
tias actis, dedit illis dicēs: Bibite ex hoc omnes.  
Hic est enim SANGVIS MEVS, qui est  
novi Testamenti, qui pro multis effunditur, in  
remissionem peccatorum.

11.

Fundamentum ex  
consensu trium E-  
vangelistarum &  
Pauli.

Matth. 26. 26.

Marci 14. talis descriptio extat. Et eden-  
tib. illis, sumto, IESUS, pane, cum gratias e-  
gisset, fregit, & dedit illis ac dixit, sumite, come-  
dite: HOC EST CORPUS MEVM. Et ac-

Marci 14. 22.

A 3

cepto





cepto poculo, cum gratias egisset, dedit illis: **Et**  
biberunt ex eo omnes, **Et** dixit illis: **HI C EST**  
**SANGVIS MEVS**, novi testamenti, qui  
pro multis effunditur.

Luca 22. 19.

Lucas in hunc modum describit Cap. 22.  
Et accepto pane, cum gratias egisset, fregit ac  
dedit eis dicens: **HO C EST CORPVS ME-**  
**V M**, quod pro vobis datur, hoc facite in mei  
recordationem. Similiter **Et** poculum, postq̄  
cœnavit dicens: hoc poculum novum testamen-  
tum est **IN MEO SANGVINE**, qui pro  
vobis effunditur.

Pauli 1. Cor. 11.  
24.

Paulus 1. Cor. 11. tali verborum for-  
ma utitur, Dominus **IESVS** in ea nocte qua  
traditus est, accepit panem: **Et** postq̄ gratias  
egisset, fregit ac dixit: Accipite, edite **HO C**  
**EST CORPVS MEVM**, quod pro vobis  
frangitur, hoc facite in mei commemoratio-  
nem. Ad eundem modum **Et** poculum, per a-  
cta Cœna, dicens: hoc poculum novum testa-  
mentum est **IN MEO SANGVINE**.  
Hoc facite, quotiescunq̄ biberitis, in mei com-  
memorationem.

Videmus



9.  
Videmus itaq<sub>3</sub> quòd licet Evangelistæ in de-  
scriptione institutionis Cœnæ verbis nonnihil  
varient : re tamen unum & idem sentiant :  
atq<sub>3</sub> inde colligimus , præsentiam corporis &  
sanguinis Christi in cœna, non nuda verborum  
recitatione, sed institutione, mandato & pro-  
missione Christi effici.

In verbis variatio  
quadam est : sed  
in re maximus  
consensus.

Præsentia sacra-  
mentalis unde ef-  
ficiatur.

10.  
Nihilominus tamen verba ipsa in admi-  
nistratione testamenti CHRISTI clara vo-  
ce lingua vernacula recitanda sunt : ut popu-  
lus doceatur, Christum semel instituisse, corpus  
suum cum pane edendum, & sanguinem suum  
cum vino bibendum, adeoq<sub>3</sub> Christi mandato  
& institutione, quæ adhuc viget, suamq<sub>3</sub> vim  
habet, nitens, ad huius mysterij fructionem  
accedat, certo statuendo, se vero Christi cor-  
pore ac sanguine ad æternam vitam ali ac pa-  
sci.

Cur institutionis  
verba clara voce  
lingua vernacula  
recitanda sint,  
propter instituti-  
onem populi vi-  
delicet.

Institutio Christi  
vsq<sub>3</sub> ad mundi fi-  
nem semper vi-  
get.

11.  
Ideoq<sub>3</sub> constanter defendimus τὸ ἐν τῷ, neq<sub>3</sub>  
admittimus illam διάνοιαν ; Cum posita sint hæc  
verba Christi tanq<sub>3</sub> in testamento, & à veris-  
simis testibus Apostolis nobis per manus tra-  
dita,

In Cœnæ verbis  
defendimus τὸ ἐν  
τῷ, neq<sub>3</sub> admit-  
timus διάνοιαν.



diu, licet diuersis temporibus ea scripserint,  
nimirum S. Matthæus Anno 8. S. Marcus  
10. S. Lucas 15. S. Paulus verò anno 21.  
post resurrectionem Iesu Christi.

12.

Filius Dei vult &  
potest: quia in ver-  
bo suo promisit.

Filius Dei & Mariae facillimè omnia vult  
& potest prestare, quæ in verbo suo expresse  
promisit. Ideo cum dixit, se velle ibi esse, verè  
adest in Sacramento, & quidem corporaliter  
iuxta versiculos:

Esse potest, ubi vult, natura CHRISTVS vtraque  
Quò sese verbis alligat ipse suis.

13.

Præstigia Sacra-  
mentariorum fal-  
laces.

Glossemata, & præstigia Sacramentario-  
rum in tentationibus nunquàm conscientijs satis-  
facere possunt, nequè sibiipsis etiam constant. Etes-  
nim: textus durabit, glossa peribit iners.

14.

Fundamenta  
quatuor diui Lu-  
theri.

Libet hic adscribere rationes, quas vir  
Dei D. Mart. Lutherus recenset in Maiori  
sua Confessione.

15.

1. Vnio personalis  
quæ facta est à di-  
uinitatibus.

Primum fundamentum esse, inquit, Arti-  
culum fidei nostræ, quòd IESVS CHRISTUS  
est ve-



est verus substantialis, naturalis, & integer  
DEVS & HOMO, in una persona indivi-  
sus & inseparabilis.

16.

Secundum, Dexteram Dei non est uni loco  
alligata, sed ubiq<sup>3</sup>, ad hanc CHRISTVS se-  
cundum humanam naturam reuera est ex-  
altatus, regnat presens & habet in manibus,  
& sub pedib. suis omnia in caelo & terra exi-  
stentia, quo nullus homo, neq<sup>3</sup> angelus, sed so-  
lus hic Mariae filius est collocatus, hinc om-  
nia ea, quae pollicitus est, facillime prestare po-  
test.

2. Dexteram Dei  
ubiq<sup>3</sup> est: ad  
quam Christus  
iuxta naturam  
humanam collo-  
catus est.

17.

Tertium, Verbum Dei fallere, & mentiri  
nescit, iuxta Psalmum 33. Ipse dixit & facta  
sunt, mandavit & creata sunt.

3. Verbum Dei  
verax est.  
Psal. 33. 9.

18.

Quartum, Non unicum tantum modum  
Deus habet, quo aliquo in loco presens esse so-  
let, sed plures, non hunc solum, quem philoso-  
phi localem aut circumscriptum vocant. Ha-  
etenus Lutherus.

4. Deus varios  
modos habet, no-  
uitq<sup>3</sup>, quibus ali-  
quo in loco esse  
queat.

19.

Hanc etiam fuisse pie & orthodoxa anti-  
B quitatis

III.  
Consensus anti-  
quitate.





quitatis sententiam, ex scriptis eorum, qui pure locuti sunt, satis superq<sup>3</sup> constat.

20.

Irenaei in duobus locis. *Irenaeus lib. 4. cap. 33. his verbis utitur: Quomodo dicunt aliqui, carnem in corruptionem devenire & non percipere vitam, quae à corpore & sanguine Domini alitur. Et lib. 5. sic incipit: Quomodo carnem negant capacitatem esse donationis Dei, quae est vita aeterna, quae sanguine & corpore Christi nutritur.*

21.

Augustini. *Augustinus Epist. 162. sub finem, Liquidò apparet discipulos corpus & sanguinem Domini, non accepisse ieiunos: sed placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti Sacramenti in os Christiani prius Dominicum corpus intraret, quam exteri cibi.*

22.

Cyrilli. *Cyrillus lib 4. in Ioh. cap. 13. Quod si solo tactu Christi corrupta redintegrantur, quomodo non vivemus, qui carnem illam gustamus & manducamus.*

23.

Tertulliani. *Tertullianus lib. de Resurrect. Caro corporis &*



pore & sanguine Christi vestitur, ut & anima de Deo saginetur.

24.

Theophilactus in Explic. cap. 25. Matth. Theophilacti.  
Eo, quod dicit Dominus: Hoc est corpus meum  
indicat, panem consecratum suum ipsius corpus  
esse, non enim dicit, hoc est signum, sed hoc  
est corpus meum.

25.

Vt autem simplices facilius intelligant,  
in quib. dissentiant Sacramentarij, & Calvi-  
nista à rectè sentientibus, & in quo cardo di-  
sputationis vertatur, obseruentur hac sequen-  
tia, IIII.  
Errores aduersa-  
riorum.  
In quibus dissen-  
tiant Sacramen-  
tarij à Lutherani-  
s.

26.

Primum, constat inter utramq; partem,  
in cœna non esse fingendam Capernaiticam  
carnis Christi manducationem & sanguinis  
haustionem, sicuti canes Isabelam dilaniabāt,  
& impij Achabi sanguinem lambebant, qua-  
lem tamen nobis contra propriam conscientiam,  
affingere solent. Conuenientia v-  
triusq; partis.  
1. In fugienda  
Capernaitica  
manducatione.  
1. Reg. 21. 23.  
& 2. Reg. 9. 36.  
2. Reg. 21. 19.  
& 22. 38.  
Calumnia Calui-  
nistica.

27.

Deinde constat inter utrosq; esse aliquam  
Spiritualement manducationem, quæ est solius  
2. In spiritali  
manducatione.

B 2 fidei





Iohan. 6. 50. &c. fidei, qua credimus, Christum pro nobis pas-  
sum & mortuum esse, qua & iustificamur, &  
vivificamur. De ea agitur Iohannis 6. capite.  
28.

Præter manduca-  
tionem naturalem  
& spiritualem est  
quoq; Sacramen-  
talis, de qua con-  
trouersia est. Sed præter has species Scriptura etiam ter-  
tiam tradit, qua fit in usu cœna Domini iuxta  
institutionem filij Dei, de hac lis est.  
29.

Sacramentalis dif-  
fert à spirituali, de  
qua Christus Ioh.  
6. loquitur. Et eam esse aliam quàm de qua loquitur  
& docet filius Dei Iohan. 6. hinc liquet.  
30.

1. Tempore insti-  
tutionis. Quòd tum nondum instituta erat cœna,  
neq; ullo verbo eius istic loci fit mentio.  
31.

2. Necessitate v-  
surpationis. Carnem Christi spiritualiter manducare,  
quod est credere, omnibus momentis sum-  
mè necessarium est: at cœnam Domini singu-  
lis diebus aut horis sumere, necessarium non  
est.  
32.

3. Necessitate sal-  
uationis. Manducatio spiritualis omnib. hominibus  
saluandis necessaria est iuxta Christi verba,  
nisi manducaueritis carnem filij hominis &  
biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam  
in vobis. Sed manducatio carnis & sanguinis  
Christi

Iohan. 6. 53.



Christi in cœna, non est omnibus ita necessa-  
ria. Infantibus enim, & qui sese probare non  
possunt, non exhibetur.

33.

Spiritualis illa manducatio semper & o-  
mnibus manducantibus est salutaris: Sacra-  
mentalibus vero non semper nec omnibus est sa-  
lutaris. Quidam enim, teste Paulo, indigni sci-  
licet, ad iudicium hanc cœnam atq; adeo cor-  
pus Domini, sibi sumunt.

4. Ratione usus  
salutaris.

1. Cor. 11, 29.

34.

Fugiamus præterea abusus, errores, &  
prophanationes Papistarum cum hac cœna  
pugnantes. Nam,

Errores Papista-  
rum.

35.

Transformant primum Sacramentum  
hoc in actionem toto genere diuersam, nempe  
in sacrificium propitiatorium pro uiuis & de-  
functis, quò fingunt, se ipso oblationis opere,  
alijs mereri remissionem peccatorum, & a-  
nimabus ex ficto purgatorio liberationem,  
Cum Christus per proprium sanguinem se-  
mel introiuerit in sancta, aeterna redemptione  
inuenta, Ebre. 9.

1. Missatica, & fi-  
cta oblatio pro  
uiuis, & defunctis.

Heb. 9, 12.

B

3

Fingunt

7



36.

2. Transsubstantiatio panis & vini.

I. Cor. 10. 16.

Fingunt praterea, fieri Metamorphosin, seu transsubstantiationem, qua panis & vini substantia transmutetur in substantiam corporis & sanguinis, remanentibus per miraculum tantum accidentibus absq; substantia, sed Apostolus clarè inquit: panis quem frangimus, communicatio corporis Christi est.

37.

3. Mutilatio sacrilega, subtracto calice.

Mutilant porro Sacramentum sacrilege: & alteram tantum partem laicis administrant contra manifestam Christi institutionem.

38.

4. Inclusio, circumgestatio, adoratio idololatrica.

Includunt etiam in adiculam, circumgestant, ut in Theatro, & adorant, contra regulam, nihil habet rationem Sacramenti extra usum diuinitus institutum. Christus autem nec circumgestari, nec seponi, neq; adorari hoc Sacramentum voluit, sed manducari.

39.

Rationes Pontificiorum de adimendo poculo nullius sunt ponderis.

Etsi de adimenda laicis parte altera, rationes quasdam adducunt: tamen illæ non sunt tanti ponderis, ut institutionem filij Dei evertere valeant.

Et



40.

Et fuerunt semper, etiam ex ipsorum numero, qui huic mutilationi contradixerunt.

Quin aliqui ex illis ipsis huic sacrilegio contradixerunt.

41.

Remigius, citante Cassandro, calici, hos *Remigius.*  
versus à se compositos insculpi curavit.

Hauriat hinc populus vitam de sanguine sacro,  
Inflato æternus quem fudit vulnere CHRISTVS.

42.

Gelasius Episc. Rom. de consecrat. distinct. *Gelasius.*  
2. Comperimus, quòd quidam, sumta tantum corporis sacri portione, à calice sacri crucioris abstineant: qui procul dubio, quoniam, nescio qua superstitione docentur adstringi, aut integra Sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia diuisio vnus eiusdemq; mysterij sine grandi sacrilegio non potest fieri.

43.

Cyprianus lib. 1. Epist. 2. Vbi de laicis martyribus loquitur, sic inquit: Quomodo docemus aut prouocamus eos in Confessione Christi, sanguinem suum fundere, si eis militaturis, Christi sanguinem denegamus?

Conclu-



Conclusio.

2. Cor. 10. 5.  
Col. 2. 8.

Matth. 17. 5.

44.

Concludimus itaq; in captiuitatem redi-  
gendum esse omnem intellectum in obsequium  
Christi, siquidem mysteria sacra & physicas con-  
sequentias non admittunt, & citra omnem  
tergiuersationem audiendum esse eum, quem  
Pater cœlestis nobis commendat, inquit:  
Hic est filius meus dilectus, in quo mihi com-  
placui, hunc audite, qui secus faciunt  
aut docent, iudicem suum breui  
inuenient & habebunt.

F I N I S.





Aug. VI 63

ULB Halle

3

003 877 892




Sb.











THESES  
DE COENA  
DOMINI:

QV A S,  
DEO OPTIMO MAXIMO  
DVCENTE, AC BENE IV-  
vante,

P R A E S I D E

D. AMBROSIO REVDENIO,

*Publica disputatione pro summo in theo-  
logia gradu consequendo  
defendet*

Reverendus, & clarissimus vir Dn.

M. IOSVA LONERVVS

OLSNICENSIS ECCLESIAE  
Altenburgensis Pastor, ac  
Superintendens &c.

*Hora, & loco consuetis ad vicesimum  
septimum Aprilis, Anno Θεαυθρω-  
πογονιας clo lo xc lll.*



I E N A E  
Typis Tobiaë Steinmanni.